Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

itinere fessus. Alchuinus. Convenit autem dominus reliquit iudeam id est infidelitatem eorum
qui eum repulerunt et per apostolos abiit in galileam id est in volubilitatem huius mundi
docens suos transmigrare de viciis adiuvantes. Predium autem non tam ioseph quam christo
arbitror derelictum cuius figuram ioseph
portavit. Quem vere sol adorat et luna et
omnes stelle. Ad hoc predium venit dominus ut
samaritani qui hereditatem sibi patriarche
israel vendicare cupiebant agnoscerent et
converterentur ad christum qui est patriarche legitimus heres factus. Augustinus. Iter autem ipsius est caro
pro nobis assumpta. Qui enim ubique est
quo it nisi quia non ad nos veniret nisi formam visibilis carnis assumeret. Ideo fatigatus ab itinere quid est aliud quam fatigatus in carne. Sequitur. Hora erat quasi sexta. Quia
etate seculi sexta. Computa tamquam unam
horam unam etatem ab adam usque ad noe.
Secundam a noe usque ad abraham. Terciam
ab abraham usque ad david. Quartam a david
usque ad transmigrationem babilonis. Quintam usque ad baptismum iohannis. Inde sexta
agitur. Augustinus. Hora ergo sexta venit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes id est terrenas. Quo venit dominus ihesus hora sexta id est sexta
etate generis humani tamquam senectute
veteris hominis quo iubemur exui ut induamur novo. Nam sexta etas senectus
est quoniam prima est infancia. Secunda puericia. Tercia adolescencia. Quarta iuventus. Quinta
gravitas. Hora ergo sexta venit dominus
ad puteum id est medio die unde iam incipit
sol iste visibilis declinare in occasum quoniam
nobis vocatis a christo visibilium delectacio minuitur ut invisibilium amore homo
interior recreatus ad interiorem lucem quam numquam excidit revertatur. Quod autem sedit humilitatem significat. Vel
quoniam solent docere doctores magistri demittit personam.

Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihesus: Da michi bibere. Discipuli autem eius abierant in civitatem ut cibos emerent. Dicit ergo illi mulier illa samaritana: Quomodo tu cum iudeus sis a me bibere poscis que sum mulier

Ne quis. Crisostomus.
Dicat quoniam adulatur suo precepto samaritanis loquens: posuit evangelista multas causas eius que ad
mulierem locutionis.
Non enim ad hoc venit
antecedenter ut samaritanis loqueretur.
Non tamen quia ipsi hi non
venit advenientem
ad se expellere oportebat. Dicitur enim: Venit mulier de samaria haurire aquam. Vide quomodo
mulierem ostendit ipsam extra exeuntem ad
aquam. Augustinus. Hec autem
mulier forma est ecclesie
non iustificate sed iam
iustificande. Pertinet
autem ad ymaginem
rei quod ab alienigenis
venit. Samaritani enim alienigene
fuerunt quamquam vicinas
terras inhabitarent.
Ventura enim erat
ecclesia de gentibus et
aliena a gente iudeorum. Theophilus. Congruit
autem disputacio ad
mulierem a siti sumpsit occasionem. Sequitur
enim: Dicit ei ihesus: Da
michi bibere. Quia secundum
humanitatem faciebat
et propter laborem et estum.
Augustinus. Faciebat et ihesus
mulieris illius fidem.
Eorum enim fidem sitit.

·xxxiii· omelia

·i· xxxiii· q°